Philologia
Grammaticae

Stobnicensis Ioannis: Generalis doctrina de modis significandi grammaticalibus.

Cracoviae p. Hier. Victorem 1519.


V
B
J
C

Generalis doctrina de modis significandi grāmaticalibus.

Compēdiosa descriptio ac inuestigatio Modorum distinctionum ac identitatum illis oppositarum quibus uti solent Scotisantes.

IOANNES STOBNICEñ ARTIVM MAGIster, Ingenuo adolescenti Andreæ Vathionensi nato generosi domini Benedicti Fodor Iudicis comitatus Bichar. Salutem dicit.



GEneralem doctrinam de modis significandi grammaticalibus tanq̄ breuem introductionē in ea exercitia artis grammaticę: quæ pro consuetudine studij nostri Graccouiensis publice fiunt congestam ad imprimendum dedi adiuncta compendiosa discriptione omnium modorū distinctionū quibus Scotisantes vti solent: quam ne imprimeretur sine capite cum alicui ex his auditoribus ad quorum vsum scripta est dedicandam esse volui. Tu mi Andrea primus ex illis menti incidisti, quam rem postq̄ nostro Matheo de Zeecz artium baccalaurio erudito exposuissem, dignum te esse dixit cui potissimum id munus tribueretur, partim propter eam de qua oriundus es Hungarorum gētem iam dudum de me optime meritam, ptim propter generis tui nobilitatem, partim propter ingenij tui ac indolis elegantiam. Quapropter cum facile confirmasset id quod mihi primum in mentem venerat, feci nomen tuum caput opusculi nostri, vt familia tua quę apud Hungaros est clarissima sit apud nos etiam non ignota volitans per oculos ac ora studiosorum adolescentiū, quod & tu augere poteris, si hanc quam accepimus & habemus de tua virtute existimationē tua opera ac diligentia crescere magis ac magis facias. Sciēs nihil magunm nihil pręclarum mortales cōsequi posse sine labore ac diligentia. Diligentia enim tātam vim habet tantam dignitatem, vt vna sit virtus, qua reliquæ omnes considerantur & augentur. Nam nulla est tanta virtus, quę si vacauerit diligentia nō fiat cōtinuo deterior: vtere itaq; vt cœpisti in bonis artibus diligētia

VALE.

a

Licet magis ꝓbem horū sentenciā: q arte grāmaticę hoc est recte loquēdi scientiā addiscūt sępe relegendo libros poetarꝝ, oratorū, historicorū, ac aliorꝝ q non minus latine q̄ copiose aliqd scriptitauerūt: ꝑcognitis his quę de cognitione ptium orationis ac ipsarum accidentiū Donatus cōpendiose scripsit, quā illorū q ex cōsideratione modorū significandi Grāmaticos se ꝑitos esse putant. Illi em̄ copiā latini sermōis cōsequi poterint, hij vero neq̄ q̄. Non tamen omnino contemnendā esse cōsiderationē modorū significandi censeo quippe ꝙ pleraq; ad cognitionē partium oratiōis earūq; accidentium pertinētia. ex cōsideratiōe modorū significādi facilius sciri possunt. Accidit ad rem ꝙ magni doctores q̄dam etiā in sacra scriptura ꝑ modos significandi grammaticales declarauere quo fit vt si alicui videnť minus vtiles esse modi significandi ad latine loquendum saltem, ꝓpter ea ipsa quę dixi nō totaliter sunt cōtemnnendi vel negligendi. Ideo de illis pauca generalia eadēq; plus necessaria dicere institui. ¶ Primo itaq; considerandū. Sicut modus intelligēdi hāc vel illam rem sumit a mō essendi illius rei dicitur em̄ scd'o mō methaphisice sicut se res habet ad esse sic & ad intelligi: ita modi significādi sumunť a modis intelligendi, sicut enī aliqd intelligitur sic & ꝑ vocem significať. Ideo dixit Aristote. primo Periar. Ea q̄ sunt in voce: sunt note id est signa earū passionū quę sunt in anima id est conceptuū seu actuum intelligendi: Ex q̊ sequiť ꝙ modi significādi sumuntur immediate a modis intelligendi mediate vero a modis essendi. ¶ Vnde modus essendi est aliud q̄ ꝓprietas rei ad extra sub qua .s. res ē. Eadē v'o ꝓprietas in quātū illa res sub ea intelligiť, dicitur modus intelligēdi illā rem. sed scd'm ꝙ res sub eadē ꝓprietate per vocem significať: illa ipa proprietas dicitur modus significādi. Verbi gratia. Cōmunicabilitas pluribus q̄ est in natura humana a pte rei diciť modus essendi hominis, sub q̄ proprietate si intelligatur hō, illa cōmunicabilitas diceť modus intelligēdi hominis. In quantū v'o res illa q̄ est homo significatur ꝑ hoc nomen appellatiuū hō sub illa ꝓprietate quę est cōmunicabilitas. iā cōmunicabilitas erit modus significādi. i. modus quo res signať ꝑ vocē. Ex q̊ sequr ꝙ eadē ꝓprietas q̄ est modus essendi rei diciť etiam modus intelligendi & modus significādi: licet diuersis respectibus. Nam ꝑ cōparationē ad rē in qua est diciť modus essendi. ꝑ comparationē ad intellectū intelligentē rem sub illa ꝓprietate diciť modus intelligendi. Sed ꝑ respectū ad vocē significantē rem sub illa ꝓprietate dicitur modus significandi. Et hoc intelligi volo de mō intelligendi & significādi passiuo, hoc est de ꝓprietate q̄ cointelligiť & consignificať rei, cum enī intelligo aut ꝑ vocē significo hominē vt est cōmunicabilis simul cointelligiť & consignificať cōmunicabilitas q̄ est modus hominis. ¶ Pro quo intelligendū notandum est secundo. Quod cū hęc gerūdia intelligendi & significādi quandoq; significent actionem & quandoq; passionem. Ideo duplex est modus intelligendi, similiter duplex

modus significandi, cum enim dico modus intelligendi potest esse sensus duplex. aut enim est id sub quo aliquid intelligitur, & iste modus intelligendi est passiuus. s. proprietas quę est in re intellecta aut modus intelligendi est illa ratio & modus quo intelligens intelligit rem, & iste est modus intelligendi actiuus & est in intellectu intelligente. Cōformiter distinguitur duplex modus significandi: aut enim proprietas sub qua res significatur & quę etiam simul cum re ꝑ vocem consignificatur, & iste est modus significandi passiuus nec consideratur a Grammatico nisi per accidens, sed potius a Philosopho reali cū sit proprietas rei. Eiusdem autem scientię est considerare rem & ꝓprietates illius rei. vt dicitur quarto Metha. si autē per modū significandi intelligatur illa ratio vel modus quo vox rem significat (possunt enim plures voces eandem rē significare sed non eodem modo, vt homo & homines. homo enim in singulari significat rem per modum vnius. homines vero in plurali significat eandem rem per modum plurium.) Isti igitur modi quibus voces significant res dicuntur modi significandi actiui, & sunt in ipa voce significante. Ideo a quibusdam dicuntur consignificationes vocum & solum isti per se considerantur a grammatico. Vnde p illos modos significandi actiuos grammaticus distinguit partes orationis ad inuicē cum enī sint tria in vnaquaqꝫ partiū oratiōis. s. vox, significatio, & modus seu ratio significandi vt in hoc nomine homo, vox est quę constituitur ex litteris & syllabis. Et significatio est id ratione cuius dicit̄ vox significatiua & dictio, & pręter hęc est tercium. s. modus seu ratio significandi. alio em̄ modo homo significat rem & aliter homines vt dictum est: & aliter homo in nominatiuo q̄ hominis in genitiuo: in nominatiuo enim significat p modum vt quis, in genitiuo per modum vt cuius, & sic de alijs. Cum autem dictiones differentium partium orationis possunt conuenire nō solum in voce. vt amor amoris nomē, & amor amaris verbum, sed etiā in significatione, vt lego verbum & lectio nomen vtrumqꝫ enim significat actum legendi; consequens est vt distinctio ꝑtium orationis non fit per voces neqꝫ per significatiōes, sed p modum significandi, vnde Priscianus secundo maioris docet distinguere easdē per proprietates: nomine proprietatum intelligens modos significandi

¶ Pro cuius clariori intellectione notandum tercio. Quod duplices sunt modi significandi per quos discernuntur partes orationis. s. essentiales & accidentales. sicut enim res naturales cognoscuntur essentialiter per principia intrinseca. s. per materiam & formam ex quibus inesse cōstituuntur. & per accidentia solum a posteriori & quo ad nos: ita cognitio & distinctio partium orationis a priori seu essentialis est p modos significandi essentiales, per quos scilicet constituuntur inesse specifico a posteriori vero & accidentaliter per modos significandi accidentales: qui dicuntur accidentia partium orationis. Ex quo sequitur ꝙ nō dicitur aliquis modus significandi essentialis seu substātialis ideo qui a sit substātia seu in pdicamento substantię, omnes enim modi significan

di cū sint q̄dam ꝓprietates vocis significantis, sunt in se q̄dem accñtia. Sed ideo dicunt̄ essentiales q̄ sunt de essentia partiū oratiōis quas essētialiter & intrinsece cōstituūt. sicut dicimus colorē qui in se est accidens esse p̄dicatū essentiale albi nigri & aliarum specierū in quibus essentialiter includitur. Vlterius modi significandi essentiales partiū orationis diuiduntur in materiales & formales, vel in generales & speciales, sicut enim in rebus id in quo plura conueniunt dicitur materiale vel potentiale: & in quo differunt formale vel actuale, ita in grammatica ille modus significandi essentialis in q̄ plures p̄tes oratiōis cōueniūt dicit̄ materialis seu generalis. in quo v̄o differūt dicit̄ formalis vel specialis. Exempli gratia cū dico ꝙ significare p̄ modū entis & determinate apphēsiōis est modus significandi essentialis & specificus nominis, p̄ quē scilicet nomen distinguit̄ essentialiter ab alijs partibus orationis, & q̄ locat vnamquāq; dictionē nominalē sub certa specie p̄tis orationis. s. sub nomine, ibi exprimit̄ modus significandi generalis nominis & specificus seu formalis, nam significare p̄ modū entis est modus significandi generalis in quo conuenit cū ꝓnomine: sed significare p̄ modū determinate apphensionis est modus significandi formalis seu specialis soli nomini cōueniens, p̄ quem etiam a ꝓnomine distinguit̄ quod significat p̄ modum entis & determinate apphensionis, vel vt alij dicunt modus significandi essentialis nominis est significare substantiā cum q̄litate. pronominis vero est significare substantia sine q̄litate: & hoc idem valet: nam significare sustantiā est significare p̄ modum entis, vel p̄ modū habitus & quietis, hoc est p̄ modum cuiusdam p̄manentię q̄ opponit̄ fluxui: similiter significare cū q̄litate idem est ꝙ significare p̄ modū determinate apphensiōis. in omni em̄ nomine sunt duo. s. natura generalis cui nomē imponitur & ab illa sumitur modus sustantię. & natura specialis a qua nomen imponit̄, & ab illa sumitur modus q̄litatis seu modus determinate apphensionis. Similiter cū dico modus significandi verbi essentialis est significare p̄ modū fluxus & fieri distantis a substantia exprimo modum significandi ḡnalem verbi: cum dico significare p̄ modum fluxus & fieri: hoc em̄ est commune verbo & participio. Sed significare p̄ modum fluxus distātis a substantia est modus significandi verbi per quem differt a participio, nam participium significat p̄ modum fluxus & fieri indistantis a substātia. Modus autem significandi accidentalis qui est q̄dam proprietas partium orationis consequens cōpletum esse earundem diuiditur in absolutum & respectiuū. Modi significandi respectiui sunt illi quibus variatis variatur congruitas orationis, vt sunt genus casus, numerus & persona. Hęc enim accidentia sunt principia vnionis partium orationis ad inuicē vniuntur em̄ partes oratiōis, & se inuicem in oratione respiciunt sub conformitate horum accidentium, quæ propter hoc ipsum dicuntur respectiua vt patet de constructione adiectiui cum substantiuo similiter suppositi cum verbo: & sic de alijs, vt regulę & pręcepta grammaticę clare ostendunt per contrarium intelligendum

est, de modis significandi absolutis, vt sunt qualitas, comparatio, & alia accidentia quę non sunt principia constructionis partium orationis illis enim variatis manet congruitas orationis, hæc omnia de modis significandi dicta patent in figura sequenti.

- **Modus**
  - Essendi est pprietas rei ad extra
  - Intelligendi.
    - Actiuus ē pprietas sub q̄ intellectus intelligit rem
    - Passiuus ē pprietas in re sub qua res intelligit̄
  - Significādi est duplex
    - Actiuus est pprietas vocis significātis hoc vł illo mō & ille in ptib⁹ orationis est duplex.
      - Essentialis est ille per quē vnaq̄q; ps orōnis essentiałr & specifice constituit̄.
        - Generalis seu materialis qui in pluribus ptibus orationis reperitur vt significare per modum entis in nomine & pronomine.
        - Speciał seu formalis q ī vnaq̄q; pte est ali⁹ & alius vt significare p modū entis & determinare apprehensionis in nomine
      - Accidētał ē q̄dā pprietas cōseq̄ẽs completū eē ptiū orationis.
        - Absolutus ē q̄ variato nō variat̄ cōgruitas orōnis vt gn̄s casus nūerus & persona
        - Respectiuus q̄ variato variat̄ congruitas orationis vt qualitas comparatio genus & cęteris.
    - Passiuus est pprietas rei per vocē illam rem significantem significata.

¶ Vltimo considerandū est q̄ licet omnis modus significandi accidentalis partiū orationis sit accidens earundem: non omne tamen accidens partium orationis dicitur modus significandi accidentalis. vt patet de declinatione, cōiugatione & alijs accidentibus quę sumuntur præcise a voce: nam quilibet modus significandi siue sit substātialis siue accidentalis originaliter sumitur a proprietate rei seu a mō essendi: vt dictū est prius. Ideo accidentia quę non sumūtur a proprietate rei sed a voce tātum: non dicuntur modi significandi accidentales. Declaratio autē amplior modorum significandi essentialium & accidentalium & a quibus proprietatibus sumuntur, inquiratur apud Modistas, qui hæc exactius per singulas partes orationis exquirūt, nos enim hic solum quędam generalia proposuimus: quę videbantur magis necessaria ad intelligenda altiora.

Distinctiōes quib⁹ vtuntur Sco

tisantes sunt octo uidelicet Rationis, Ex natura rei, Modalis, Formalis, Realis, Essentialis, Se totis subiectiue, Se totis obiectiue.

DISTINCTIO Rationis fit per solum actum intellectus collatiuum. Et fit tribus modis. Primo quando idem comparatur ad seipsum aliter & aliter conceptum, vt dicendo homo est homo. Secundo quando ens rationis comparatur ad ens rationis, vt genus ad speciem. Tercio quando ens rationis comparatur ad ens reale, vt genus ad animal vel econtra, & differũt hij duo vltimi modi a primo quia cum primo modo stat idemtitas realis, sed cum alijs stat non idemtitas realis, non tamen distinctio realis opposita idemtitati.

DISTINCTIO Ex natura rei est in re absq; omni consideratione intellectus vt inter superius & inferi⁹. Et habet fieri inter illa de quibus possunt dici duo contraria quorum alterum est reale id est quando aliquid conuenit a parte rei vni quod non conuenit alteri. vt patet de diffinitione & diffinito.

DISTINCTIO Modalis est inter quiditatem & modum intrinsecum illius quiditatis vt inter hominem & eius existẽtiam. Vel inter duos modos intrinsecos eiusdem quiditatis, vt inter necessitatem & infinitatem dei. Vnde quiditas in proposito est omne illud quod dicitur de alio in quid vel de quo aliud prædicatur in quid. Et p oppositum modus intrinsecus est omẽ illud quod nec dicitur de alio in quid nec de eo aliquid dicitur in quid. Et diffinitur sic. Modus intrinsecus est qui additus quiditati non variat rationem formalem cõstituti ex eo & tali quiditate, vt sunt realitas, existentia, actualitas, potentialitas, necessitas, cõtingentia, finitas, infinitas, vita, intensio, & remissio, & sic de alijs. Eiusdem enim rationis formalis est albedo siue sit intensa siue remissa siue existat & sit in actu siue non existat & sit in potentia.

DISTINCTIO Formalis seu quiditatiua est inter duas formalitates seu qditates quarũ vna nõ includit aliam per se primo mõ. id est quarum vna nõ est de essentia alterius. Et cognoscitur dupliciter. Primo quãdo aliqd ponitur in diffinitione quiditatiua vnius quod nõ ponitur in diffinione quiditatiua alterius. Secundo per differentias oppositas, nam & ipse differẽtię & contenta sub illis differunt formaliter. Vnde ad euidentiam huius distinctionis & sequientis puta realis sciendum ista quattuor Res, Realitas, Formalitas, Conceptus proprie accepta habent se vt magis commune & minus commune. Res habet se vt minus commune, & infert alia tria in bona consequentia & non infertur ab eis. Realitas dicitur omne positiuum in re cui correspondet vnitas ad extra ex natura rei circumscripto: omni actu intellect⁹ tam intellectiuo q̃ abstractiuo, & non dicitur de aliquo communi nisi sit predicamẽtale. Formalitas est ratio per se cõceptibilis in re a parte rei. Et dicitur de his quę sunt in prędicamento q̃ extra prædicamẽtum dummodo sit reale. Con

Conceptus est obiectum quod actum intelligendi terminat. Et dicitur tam de intentionalibus q̄ realibus.

¶ DISTINCTIO Realis seu suppositorum fit inter rem & rem non solum aliquid rei. Et cognoscitur tribus modis. Primo quando vnum est generans & alterum generatum vel originans & originatum. Secundo quando vnum potest generari vel corrumpi alio non generato vel non corrūpto. Tercio quando alterum potest separari ab altero & separatim conseruari.

¶ DISTINCTIO Essentialis seu naturarum est inter duas res quare vna potest existere sine alia. & cognoscitur tribus modis. Primo per realem existentiā vnius sine altero. Secūdo per dependentiam essentialem & ideo omnis effectus distinguitur essentialiter a sua causa, quia est ipsa posterior essentialiter. Tercio per distinctionem generificam & specificā. Vnde distinctio essentialis nunq̄ separatur a distinctione reali, nec ecōtra in creaturis. Cuius causa est qa distinctio realis proprie est distinctio suppositorum. Essentialis vero est distinctio naturarum, & quia in creaturis quot sunt supposita tot nature. ideo in creaturis ad distinctionem realem sequitur distinctio essentialis sicut & ecōtra. In diuinis autē sunt tria supposita habentia vnam naturam seu essentiam in numero. ideo solum ibi inuenitur distinctio realis sine essentiali.

¶ DISTINCTIO Se totis subiectiue fit dupliciter. Vno mō inter illa quę in nulla realitate, hoc est in nulla quiditate predicamentali conueniunt quiditatiue, & ideo decem prædicamēta inter se & a deo differunt se totis subiectiue, & hęc dicuntur primo diuersa in realitate. Alio modo fit inter illa quę non conueniunt subiecto, vt anima quando est separata a corpore. Et hæc proprie dicuntur distincta subiecto.

¶ DISTINCTIO Se totis obiectiue fit inter illa quę in nullo conceptu reali quiditatiue conueniunt, vt ens & eius passiones similiter differentię vltimę & cęteris. & sunt primo diuersa non solum in realitate, sed etiam in conceptu reali.

¶ Et quia idemtitas & distinctio sunt opposita & quot modis dicitur vnum oppositorum tot modis & reliquū. Ideo tot sunt modi idemtitatum quot dicti sunt distinctionum & descriptiones illarum idemtitatum opposito modo ad distinctiones sunt ponende. Vnde.

¶ Idemtitas rationis fit quando vnum eodem modo concipitur siue sub eadem intentione secunda.

¶ Idemtitas ex natura rei est quando a parte rei nulla omnino est distinctio vt sunt illa de quibus non possunt verificari duo cōtradictoria quorum alterum esset reale.

¶ Idemtitas modalis est cōuenientia in vno modo intrinseco, vt patet de duabus existentijs.

¶ Idemtitas formalis est quādo illud quod est idē includit illud cum est idem quiditatiue seu in primo modo dicendi per se, vt homo est idē animali & rationali vtrumq; enim est de essentia hominis.

Finis Greg [illegible]

¶ Identitas realis est inter illa quorum vnum impossibile est esse sine alio, vnũ neq; est originans & aliud originatũ, neq; sunt relatiões diuersę originationis, secũdum & tercium additur propter personas diuinas & relationes earũ notionales, vt suntpaternitas, filiatio & processio seu spiratio passiua. Ex qbus vnũ non põt esse sine alio tñ differũt realiter.

¶ Idemtitas essentialis est inter illa quorum alterum implicat contradictionem esse sine altero.

¶ Idemtitas subiectiua intelligitur dupliciter. Vno modo vt est inter illa quę conueniunt in aliqua realitate potenciali contrahibili per differentias oppositas. hoc est quę conueniunt in aliquo genere prędicamentali. Alio modo inter illa quæ simul existunt in eodem singulari.

¶ Idemtitas obiectiua est inter illa quę conueniunt quiditatiue in aliquo conceptu reali vt patet de decem prædicamentis, quę & inter se & cum deo conueniunt quiditatiue in conceptu entis.

¶ Reliqua quę tractari solent circa modos distinctionum & idemtitatum eis oppositarum in aliud tempus declaranda relinquo. Nũc enim tantum quandam pręgustationem doctrinę Scoti vobis adolescẽtes ingenui offerre volui, oblaturus tãdem & maiora, si hæc vobis grata esse cognouero, auctore deo optimo maximo. Cuius nomen sit benedictum in sęcula sæculorum. A M E N.

Finis modorum significandi Magistri Ioannis Stobnicẽsis. Graccouię per Hieronymum Vietorem anno domini Millesimo quingentesimo decimonono impressum.

